

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1671

Autre(s) référence(s) : Fauroux 229 / Tabuteau 271

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Avranches, Saint-André (cathédrale)

Genre d'acte : autre

Authenticité : non suspect

Datation : 1066

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard donne à la cathédrale Saint-André d'Avranches la moitié de la terre du Vièvre (auj. Saint-Philbert), avec les forêts, les terres et tous les revenus des moulins, des foires, des tonlieux et des chevaliers. Cette terre avait été remise au duc, par Jean, évêque d'Avranches, qui, en l'offrant à la cathédrale, voulait la mettre à l'abri des réclamations de ses parents, en n'en gardant que l'usufruit.

Avant que les témoins aient apposé leurs souscriptions, Robert, neveu de l'évêque Jean, lui intenta une action, en prétendant avoir reçu de lui ladite terre, en don héréditaire. Devant Guillaume duc de Normandie, Roger de Beaumont et Robert Bigot, il renonça à cette action, moyennant une donation de dix livres, et la recommandation de cinq chevaliers de l'évêque Jean ; sous cette réserve, qu'après la mort de ce dernier, ces chevaliers tiennent leurs terres en fief des évêques d'Avranches.

La même année, avec l'appui de Guillaume, Jean, évêque d'Avranches et Hugues le vicomte, constitué par l'évêque héritier de l'autre moitié de la terre du Vièvre, se mirent d'accord, après avoir pris Roger de Beaumont pour témoin, pour régler le partage. Fut attribuée à la cathédrale Saint-André d'Avranches, la partie au sud de la route qui conduit du pont de Saint-Philbert-[sur-Risle], par Saint-Georges-[du-Vieuvre] au domaine de Luicras. Les hommes habitant sur la part de l'église Saint-André d'Avranches gardent libre de l'autorité d'Hugues le vicomte tout ce qu'ils peuvent posséder sur le territoire de ce dernier ; la même indépendance vis-à-vis de la cathédrale d'Avranches est accordée aux personnes demeurant sur la part d'Hugues le vicomte, possesseurs d'un bien quelconque sur l'autre territoire.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 183.
- b. Pigeon Emile-Auber (Abbé), *Le diocèse d'Avranches, sa topographie, ses origines, ses évêques, sa cathédrale, ses églises, ses comtes et ses châteaux*, Coutances, Salettes, 1888, 2 vol., t. 2, p. 680.
- c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 229, p. 438-440.

Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 19, n. 58.

Texte établi d'après c

Auxiliante et concedente summe et individue Trinitatis clemencia, cujus nutu Normannica fungor potencia, ego Guillelmus dux Normanorum et Cenomannorum, filius Roberti gloriosi principis, qui, summo succensus amore dominicam sepulturam visitandi, Jerosolimam petiit, in cujus reditu in Christo feliciter obiit, necessitatibus sanctarum Dei ecclesiarum compaciendo communicans, et que possident tota virtute conservans, credens me in eterna resurrectione dignam cum illis qui Deo pure servierint et sua illi pie largiti fuerint remunerationem percepturum, dono et concedo sancte Abrincensi ecclesie, in qua sedes beati Andreae, apostolorum primi et eorumdem principis fratris, continetur, dimidium terre Guevre, [quam] Johannes episcopus, Rodulphi comitis filius, et ejusdem ecclesiae antistes, hodie possidet, tam in silvis quam in terris cultis et incultis et redditibus molendinorum, theloneorum, nundinarum et militum, omnium eciam rerum que a dominis possidentur, pro remissione peccatorum meorum et salute anime mee et corporis eciam conjugis mee et prolis. Quam terram idem prefatus episcopus cujus hereditas erat, michi pro salute sua et remissione peccatorum suorum idcirco reddidit ut omni clamore parentum suorum libera et soluta ad opus Dei perpetualiter maneat in Domino (sic), hac quidem servata conditione, ut quamdiu vixerit, in sua potestate habeat. Hanc vero donationem, favente Maltide, mea reverentissima conjuge, concedente Roberto filio meo cum auctoritate Maurilii Rothomagensis archiepiscopi, Odonis Bajocensis episcopi, Hugonis Luxoviensis episcopi, Balduini Ebroicensis episcopi, omnisque sacri consilii quod in Cadomensi ecclesia monacharum in crastino ejusdem dedicacionis celebratum est, ut rata permaneat, signo sancte crucis consigno et corroboro, et ut ceteri eorum modo subscribendo confirmant precipio. Signum comitis Willelmi. Signum comitisse Maltidis. Signum Roberti. Signum archiepiscopi Maurilii. Signum Balduini, Ebroicensis episcopi. Signum Roberti Moritonii. Signum Rogerii vicecomitis. Signum Odonis Baiocensis episcopi. Signum Willelmi Osberni filii. Signum Rogerii de Belmont. Signum Johannis Abrincensis episcopi, qui de prefata terra hereditavit Abrincensem ecclesiam Beati Andree.

Hanc ergo donationem antequam prescriptis signis carta confirmaretur, calumpniavit Rodbertus, filius Ricardi Belfagiensis, nepos Johannis episcopi, dicens se prefatam terram ab eodem patruo suo, scilicet Johanne episcopo, hereditario dono recepisse. Sed hanc calumpniam, presente Willelmo Normannorum principe et Rogerio Belmontense, atque Roberto, cognomento Bigoto, divina largiente gracia, decem librarum donatione et quinque militum suorum commandatione, eodem Rodberto concedente, penitus destruxit. Comendatio vero militum tali condicione facta, ut eorum terram post mortem Johannis episcopi de episcopis Abrincensis ecclesie in fevio tenerent. Post hec vero idem Robertus, prefate terre primitus calumpniator, novissime fautor et fidelissimus assertor existans, hanc eandem cartam hoc signo, presentibus Osberno filio Walonis, et duobus filiis Rodulphi Pinelli, scilicet Arnulpho atque Rodulpho, et Boldino Odonis prepositi filio, ceterisque compluribus gratanter confirmavit. Quod totum factum est anno millesimo sexagesimo sexto dominice [Incarnationis], presidente sedem apostolicam papa Alexandro secundo, monarchiam Romani imperii regente Henrico, Francorum rege Philippo. Hoc eodem anno cometa sexto kalendas Maii apparuit. Post hec vero eodem anno, nisu Guillelmi gloriosissimi principis hujus carte auctoris, concordantibus invicem Johanne episcopo et Hugone vicecomite, quem idem episcopus heredem alterius medietatis ejusdem terre constituerat, testimonio Rogerii Belmontensis, ut equius et justus aestimari potuit, ita partita est ut ab ipsa parte vie que a ponte Sancti Filiberti per medium burgii, quod Sancti Georgii nomine appellatur, ducit ad villam que Luicras vocatur, respicit ad austrum pars Sancti Andree, tali quidem condicione ut quidquid homines qui in possessione beati Andree manent ex altera autem parte que in possessione Hugonis remansit, habent, libere et absolute ab omni potestate ejusdem Hugonis, de beneficio Sancti Andree teneant ; quicquid vero ecclesia beati Filiberti vel homines qui in parte Hugonis manent, in illa parte possident in qua possessio Beati Andree constitit in decimis vel aliis possessionibus liberum et absolutum ab omni dominatu Abrincensis ecclesiae remaneat.